UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE || IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.|| SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI IV.||

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Vita eius quotidiana, & domestica. Cap. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64627

Visual Library

multa præcepit egregiè: quæ quoniam exſtant ſcripta (quemadmodum initio diximus) nihil eſt quod à nobis hoc loco ingerantur.

Vita eius quotidiana, & domeſtica.
Cap. XII.

SOCIETATI Præpoſitus, deuexa iam ætate; viuendi priuatim hanc fermè normam tenebat. Manè, vt primùm euigilaſſet, certum tempus dabat precationi, & contemplationi bonorum cœleſtium: deinde, ſi ſacrificandum illi eſſet (quod munus propter ſummam animi attentionem, & corporis imbecillitatem, ſæpe intermittere cogebatur) ſacro, ſub veſperã pridie, ad Vrbis conſuetudinem ordinato, & accuratè præcognito, rem diuinam faciebat: quæ recitanda forent, vel in priuato ſacello, nemine præter adminiſtrum adſtante, contra morem Hiſpanienſem elata pronuntians voce. vſque adeo Eccleſiæ Romanæ ritus omnes & cæremonias adamauerat. A pſallendo, quamquam inuitus abſtinebat, quòd ei propter vim lacrymarum, & frequentem ecſtaſim qua corpus mirè affligebatur, eiuſmodi officio ſummus Pontifex nominatim interdixerat. A ſacro, ſi cuius negotij cauſſa prodeundum eſſet, comite vno prodibat: ſi minus, admittendis audiendisque vel domeſticis vel externis operam dabat, ſerena pariterque ſemper, vt diximus, fronte: minimè ſuſpicioſus ille quidem, aut timidus; attamen apprimè circumſpectus ac prouidus; vt illi non facilè quiſquam poſſet imponere. Actiones autem omnes, è diui Baſilij præcepto condiebat tacitæ precationis ſale: ſeque ipſum, vt dictũ eſt, excutiebat ſubinde, ne quid labis ex quotidiano mortalium rerum vſu contraheret. A prandio, poſt gratiarum actionem, remiſsionis cauſa, de rebus haud ita ſerijs moleſtiſve ſermones habebat iucundos; qui tamẽ, vt plurimum, ad agendi & gubernandi ſcientiam facerent.

Inde

Inde vel actibus publicis, vel ſubſcriptioni lectioniq; [illegible] epiſtolarum, tempus dabat. ac multa etiã, proutres [illegible] geret, ſua manu exarabat ipſe. tum, ſi hora ſuppeteret, ſuorum acta recognoſcebat. à cœna verò, inſequentis diei negotia diſponebat; accerſitiſq; adminiſtris, & pro-curatoribus, ſua cuique ſeparatim dabat mandata. [illegible] de cum eo quem ſibi à ſecretis elegerat, [illegible] bat: eo demiſſo, ad multam noctem ſolus [illegible] innixus baculo, maiorem in modum attentus [illegible] que apud ſe: poſtremò, quod ſupererat temporis, [illegible] riæ tribuebat quieti: id erat ſpatium horarum [illegible] quattuor. Cubiculo vſus eſt perangusto ac [illegible] cuius formam nec ſucceſſores quidem [illegible] vt puto, cauſſa mutarunt. cibi potuſque [illegible] vt guſtatum funditus perdidiſſe videretur: [illegible] do pauculis veſceretur caſtaneis, quibus [illegible] puer olim aſſueuerat. nulli vmquam [illegible] famelicus ac ieiunus, arriſit: nullum edulij [illegible] ti genus cuiquam indixit: nihil vmquam [illegible] eſt queſtus: licet per adiutorum inſcitiam [illegible] cibaria malè cocta conditaque: vinum [illegible] aut acidum præberetur. nihil denique ſibi [illegible] ni voluit vmquam: & grauiter adminiſtrum [illegible] punijt, quòd vuæ racemum vni ſibi [illegible] tuliſſet. quæ ſanè peritus rerum æſtimator [illegible] uia duxerit, ſi hominis vel ætatem ipſam, [illegible] tur, vel infirmitatem valetudinis plura [illegible] denique ſummam inter ſuos poteſtatem & [illegible] vt ita dicam, ſuo arbitratu viuendi, conſiderc. [illegible] tias in victu cultuque dilexit: ſed faciles, & [illegible] exquiſitas; cuiuſmodi & viatorem, & Chriſti [illegible] decent: placuitque ei ſemper, ad alliciendos [illegible] homines, vt dictum eſt, non incompta [illegible] Ignatio quidem (quod me non fugit) alia [illegible] ta narrantur: verùm ſingula perſequi neceſſe [illegible] tùm ad viri mores virtutemque intelligendam [illegible] ca libauimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN